



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De legitimè coniunctis, si alter illorum in amentiam deuenerit. xxviii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

De illis qui tertio nuptias celebrauerint.

Caput XXIII.

Ex decr.

Hormis-

de papa,

cap. 2.

Ex concil.

Laodicē.

cap. 1.

NE quisquam amplius, quam duas accipiat uxorem. **N**iam tertia superflua est.

De bigamis. Cap. XXIII.

DE his qui secundum ecclesiasticam regulam libere legitime secundis nuptiis iuncti sunt, nec occulte priarum copulam fecerunt, oportet ut paruo tempore acto, vacent orationibus & ieiuniis. Quibus etiam indulgentiam communionem reddi decreuimus.

De numero maritorum. Cap. XXV.

Ex dictis

Hierony.

Vbi fuerit numerus maritorum, ibi vir proprius esse desistit.

De ingenuo homine, si alterius ancillam pro ingenuo acceperit, & post ancillam eam esse intellexerit. Cap. XXVI.

Ex concil.

apud ver-

meriam,

cui inter-

fuit Pipi-

nus rex,

cap. 7.

SI quis ingenuus homo ancillam alterius uxorem acceperit, & existimat quod ingenua sit, si ipsa foemina, ea fuerit inseruita, si eam a seruitute redimere potest, si non potest, si voluerit, aliam accipiat. Si autem uiam eam scierat, & collaudauerat: post, ut legitur in am. beat. Similiter & mulier ingenua de seruo alterius re debet.

De foemina ingenua, si seruum maritum acceperit. Cap. XXVII.

Ex eodē

concilio,

cap. 8.

Si foemina ingenua accipit seruum, sciens quia seruum, set. habeat eum: quia omnes vnum patrem habent in caelis. Vna lex erit, & viro, & foeminae.

De legitime coniunctis, si alter eorum in amentiam deuenerit. Cap. XXVIII.

Ex epist.

Nicolai

ad Caro-

lū Mogū.

episcopū

missa.

Ex concil.

Cabillon.

cap. 30.

SI qui matrimonium sani contraxerint, & vni ex duobus amentia, aut furor, aut aliqua infirmitas accesserit, hanc infirmitatem coniugia talium solui non possunt. **S**imiliter sentiendum de his qui ab aduersariis excruciantur, aut membris detruncantur.

De legitimis matrimonijs seruorum. Caput XXIX.

Dictum est nobis, quod quidam legitima seruorum matrimonia potestatiua quadam praesumptione dicitur